



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ephesini Concilii Generalis Pars III. Sub Cælestino papa I. anno CCCCXXXI.

**Parisiis, 1644**

Epistola Sanctae Memoriae Caelestini Papae post damnationem Nestorii  
ad sanctam Synodum Ephesinam scripta.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15241**

ANNO  
CHRISTI  
431.

merito proclamabo: *Benedictus Dominus, quia visitauit &* Luc. 1.  
*fecit redemptionem plebis suæ.* Non enim poterat dormire  
sic bonus pastor, vt etiam suam animam poneret pro oui- Ioan. 10.  
bus: & semper saluificare sciens, \* antiquam quidem be-  
stiam a sacra & diuina aula repulit, sapientissimum autem  
& totius virtutis insignem præceptorem elegit, quem  
etiam credimus decorari in omni bono, & venerabili at-  
que præcipua virtute pollentem, gubernare sub sua manu  
populum constitutum. Incolumes vos esse in Domino, &  
nostri memores, oramus, carissimi & desideratissimi.

\* mali-  
gnam

EPISTOLA SANCTÆ MEMORIÆ  
Cælestini Papæ post damnationem Nestorii ad fan-  
ctam Synodum Ephesinam scripta.

*Cælestinus episcopus sanctæ Synodo apud Ephesum constitutæ.*

TANDEM malorum sine gaudendum est; tandem no- CAP. XX.  
bis omnibus in commune dicendum: *Dextera tua* Exod. 15.

*Domine glorificata est in virtute, dextera manus tuæ confregit*  
*inimicos.* Proprie namque ipsi confracti sunt, quando ini-  
qua loquentium, dicente Dauid, os videamus esse ob- Psal. 62.  
structum. Huiusce tamen tam fideliter peractæ rei vos

\* fideles  
Dei facer-  
dotes;

executores nobiscum videmus fuisse \* fidei defensores;  
qui conuenientes in vnum, & secundum Apostolum, non Philipp. 2.  
*quæ vestra sunt quærentes, sed quæ Christi Iesu,* negotium do-  
mini communis egistis. Apud vos ergo de vestra loqui-  
mur sanctitate, quorum in omnem terram sonum gaude- Psal. 18.  
mus exisse, cum & in finem eiusdem orbis prædictæ veri-  
tatis a vobis venerunt. Deus noster non patitur la-  
tere quod præstitit: quia nunquam beneficia superna ce-  
lantur. Ita namque fit, vt tanto munere innotescente cæ-  
lesti, pro voluntate diuina, sicut scriptum est, *omnis homo* 1. Tim. 2.

\* ego

*saluus fiat, & veniat ad scientiam veritatis.* Loquor \* ergo  
victoribus, & qui in prælium solam contra hostem porta-  
uerunt fidem, *quæ,* & Ioanne apostolo dicente, *vicit &* 1. Ioan. 5.  
*mundum:* vobis eiusdem proprie perscribo sermonibus,  
qui secundum diuinam paginam, vt patres cognouistis Ioan. 2.  
quod ab initio est; & vt iuuenes, dum fortes estis, & ver-  
bum Domini in vobis manet, vicistis malignum. In tali-  
bus sociis gratulantes, de hoc euentu minime dubitamus.  
Habuit animum nostrum fiducia superandi, qui vobis vi-

*Pfal. 25.* deremus diuinæ causæ pondus incumbere, quos bene ad-  
 modum noueramus, secundum illud propheticum, odisse  
 congregationem malignorum, & cum impiis non esse  
 sessuros. Obtinui ergo quod credidi, quia *contra nocen-*  
*Pfal. 24.* *tes atque peruersos*, sicut supradictus ait, *innocentes & recti*  
*adhæserunt mihi*. Vna igitur eademque relatione per filios  
 nostros religiosos & Deo amabiles viros Ioannem presby-  
 terum & Epictetum diaconum, deiectionem iustam, &  
 exaltationem didicimus iustiorum; illud quod in euange-  
*Luc. 1.* lio legimus approbantes, quia *Deus noster exaltat humiles,*  
*& potentes de sede deponit*. A qua sententia ille noster sa-  
*Ecc. 10.* pientissimus minime deuiavit, qui ait, a Deo nostro hu-  
 milium seruatum memoriam, & perditam superborum.  
*Pfal. 52.* Quod quando magis videatur impletum, quam nunc,  
 cum Saluator noster parans meritos honorare, ossa homi-  
 num sibi placentium dissipauit, & prouiso pastore dignif-  
 simo, feralem lupum de ouilibus suis immaculatus agnus  
 eiecit? Legimus eius a vestra fraternitate scripta præco-  
 nia; nec quisquam nostrum mirari potuit, quia nota dixi-  
 stis. Assertio impendatur incertis: testimonium comper-  
 ta non quærunt. Bonorum hunc actuum palæstra semper  
 exercuit: talem hunc didicimus, qualem in literis inueni-  
 mus: talem certe, vt breuiter dicam, qualem doctor no-  
 ster esse præcepit sacerdotem, vt conuenienter omnium  
*Iuan. 1.* iudicio mereatur audire: *Ecce homo vere Israelita, in quo do-*  
*lus non est*. Nonne laudibus in eum vestris ista conueniunt?  
 Taliter denique quæ dixistis, audistis. Talem successo-  
 rem quærebat sanctæ memoriæ Sisinnii beata simplicitas,  
 vt locum suum non nisi sui similis obtineret. Etenim me-  
 lius agimus, si abstinentes iam ab illius sacrilegi nomine,  
 sedem vacasse dicamus. Actum est diuino iudicio, vt hunc  
 ecclesia pro remedio mereretur. Denique discordiam sus-  
 tulit, & concordiam reddidit ordinatus. Quid non pote-  
 rit præstare per tempora, cuius hoc primordia præstite-  
 runt? Hæc de eo inuicem dicimus, quem pax reparanda  
 quærebat. Interfuimus, nec nos dixerimus absentes, cum  
 eius capiti verba mystica dicerentur, cum redderetur  
 omnibus diuina lætitia salutaris: postremo nemo illic ca-  
 tholicorum defuit, vbi omnes in commune vicerunt. Læ-  
 tati præterea sumus de hoc clementissimi & Christianif-

ANNO  
CHRISTI  
454

fimi principis testimonio, cum epistolis dilectionis vestrae eius sententiam videremus esse concordem. Nec mirum est, si cor regis, quod est in manu Dei, cum his senserit, quos eius nouerit sacerdotes. Itaque sermo regalis diuinas res exequendo militauit \* Augusto. Felix imperium, cui militat executio diuinorum: nec hic minus felix, quem praedicat dominatio mundanorum. Hoc testimonio dignus est qui ordinandus probari, non qui improbari potuit ordinatus. Scimus quo itinere sanctus frater & coepiscopus noster Maximianus, quibus gradatim stipendiis ad fastigium sacerdotale peruenit. Non hunc diuitiarum gloria, non velut \* in potentia cupidum, qui solet inesse ambientibus, honorum saltus euexit: suffragio pauperum, quibus fidelis seruus & prudens cibum dabat in tempore, super omnia Domini sui constitutus est bona. & tamen etiam si desiderium fuit episcopatus, non nisi propter opus bonum, sicut ait Apostolus, concupiuit. ita Deus noster & quid velimus, & cur velimus attendit. Quis dubitet posse magis agere praesidentem, quod potuit exercere subiectus? Exosus & blasphemus istud officium non poterat habere, id est corporum curas, qui nitebatur animas vulnerare. Facta est ruina eius magna; tam ruina magna, quam praua doctrina. Nunc qui de praeteriti emendatione gaudemus, cauere nos conuenit in futurum, ne possint magis ac magis quae abscissa sunt pullulare: quia necesse est, quocumque pestis hae loci sit, nostri corporis membra vexentur, & per patientiam nostram peiora prioribus nutrita videantur. Scripsimus clementiae principali, ut de sanitatis medio longius infirmitas auferatur. Didicimus namque hunc Antiochiam reuertisse, atque sibi illic, unde venerat, viuendi praestitam facultatem. Innocentium exitium est istud exilium. Aspiciamus diligentius quid illic possent parere, quae illic sunt ante concepta. Non est notis suadere difficile. In oculis est eiusdem ciuitatis ecclesia, quae per hunc \* perdidit sacerdotem: & tamen laboramus aduertere, quis cui fuerit causa peccati. Nisi forte, quod pro quiete ecclesiarum dicimus, deceptum se ille demonstrat, deferendo damnatum. Sed quis illic speret aliquem posse corrigere, ubi arcem tenere videat peruersitatis auctorem? ubi colatur ab omnibus exulatus? Magna illic est

Prover. 21.

Matth. 24.

1. Tim. 3.

\* f. Christi  
flo.

\* f. perit

(quod lugentes dicimus) desperatio sanitatis, vbi sicut  
*Iſa. i.* *Iſaias dicit, omne caput in dolore, & omne cor in mæſtitia a  
 pedibus vſque ad caput. Quando ibi membrum aliquod ha-  
 bere poterit ſpem ſalutis, vbi periclitatur corporis tota  
 compago? Elaborate, fratres cariffimi, elaborate obſe-  
 cro, vt vere tollatur de medio veſtrum qui hoc opus fecit.  
 Sola decet tales homines ſolitudo. Vbi enim debet hic in-  
 uenire ſolatium, qui ſic tractauit vbique regnantem? Per-  
 acta eſt a vobis totius ſumma negotii: agendum nunc eſt  
 quod iſtat & reſtat, ne ſit in vacuum laboratum. Longius  
 quidem ſumus poſiti; ſed per ſolicitudinem totum propius  
 intuentur. Omnes habet beati Petri apoſtoli cura præ-  
 ſentes. non nos ante Deum noſtrum de hoc poſſumus ex-  
 cuſare quod ſcimus. Nam quamquam hæc quæ loquimur,  
 ſanctitas veſtra tacuerit; agnouimus tamen omnia diligen-  
 tius requirentes. Tantæ igitur cauſæ finis, qui ſuper eſt,  
 actibus veſtris quaſo reſpondeat: quia nolimus in modico  
 vos deeſſe, qui maxima peregiſtis. Adiutorio apud re-  
 ges terræ hiſ eſtote quæ ſcripſimus. Norunt & ipſi quid  
 ſuis debeant præſtare temporibus: ſciunt quod catholica  
 fidei fundamento ſua regna ſubſiſtant. Pura ab heredibus  
 ſanctis paternæ & auitæ credulitatis vena ſeruatur: fluit  
 ab illis incorrupta per poſteros, nec hanc in hiſ aliquis vn-  
 quam limus infecit. Cuſtodit fortis ſui fidelis curſus exor-  
 dium, cum id quod in origine acceptum eſt, videtur in  
 prole. Canem & operarium malum pariter perfequamur.  
 Facite præſentes, quod hortamur abſentes. Nam cum  
 hanc curam generaliter omnibus debeamus; præcipue ta-  
 men nos conuenit Antiochenis præcipitantibus ſubuenire,  
 quos peſtifer morbus obſedit. Abſoluamus modis tali-  
 bus ciuitatem, *in qua*, ſicut Actus apoſtolorum loquun-  
 tur, *dictos primum legimus Chriſtianos*. Omnibus ergo vir-  
 tutem præſtemus, quibus ſecundum religionem debere  
 nos nouimus quod vocamur. Hanc autem ſolicitudinem  
 noſtram præſentes probarunt Deo amabiles filii, & cariffimi  
 atque animis noſtris acceptiſſimi Ioannes preſbyter  
 & Epiſcetus diaconus, quos reuerſos, ad vos feſtinato re-  
 miſimus, ſolicitius hoc agentes, vt quos diebus domini-  
 cæ natiuitatis accepimus, reſurrectionis dominicæ tem-  
 pore redderemus. De hiſ autem qui cum Neſtorio viden-  
 tur*

*1. Cor. 5.**Philipp. 3.**Act. 11.*

ANNO  
CHRISTI  
431  
\* parum  
pic

tur \* pari impietate sensisse, atque se socios eius sceleribus addiderunt, quamquam legatur in eos vestra sententia, tamen nos quoque decernimus quod videtur. Multa perspicienda sunt in talibus causis, quæ apostolica sedes semper aspexit. Quod loquimur, Cælestianorum testantur exempla, quod spem de Synodo hucusque gesserunt. Habent, si resipiscunt, copiam revertendi; quod his solis non permittitur, quos proprie cum auctoribus hæreseos omnium fratrum constat subscriptione damnatos. Per Dei namque misericordiam aliquos ex eorum numero ad nos iam rediisse gaudemus. Quod hoc consilio factum est, ut quos conscientia \* mixta non poterat, saltem sententia separaret. Hoc, moneo, vestra fraternitas sequatur exemplum: sit caput sceleris cum his quos synodalia loquuntur statuta damnatum: reliqui, quos cum hoc sentientes in communione ecclesiastica non habemus, eiiciantur e civitatibus suis, & se in nostro collegio noverint non futuros, nisi secundum ecclesiasticum & Christianorum principum constitutum, damnata cum auctoribus sociisque damnantes, se profiteantur catholicos sacerdotes. Quam formam etiam circa eos volumus custodiri, qui \* subrepiendum in ecclesiasticis causis Christianis principibus crediderunt; & alio ordine rursus ecclesias occuparunt. Antiochenum vero, si habet spem correctionis, \* epistolis a vestra fraternitate volumus conveniri: ut nisi quæ sentimus, senserit, novellam blasphemiam eodem exemplo scripta sua professione condemnans, intelligat de se quoque ecclesiam, quod fidei nostræ respectus imperat, ordinare. Credendum tamen de diuina est misericordia, quod omnes in viam redeant veritatis, si de supradicto loco horum malorum caput & causa auferatur. Data Idibus Martiis, Aetio & Valerio Coss.

\* subrepiendum ex ecclesiasticis causis a Christianis  
\* episcopum

EPISTOLA SANCTI CÆLESTINI  
papæ ad Theodosium iuniorem Augustum  
post Synodum.

*Cælestinus episcopus Theodosio iuniori Augusto.*

CAVSIS suis diuinam providentiam præstitisse quod CAP. XXI.  
sperabamus, agnouimus. nec enim aliud futurum  
mentes poterant æstimare fidelium regnantibus vobis,

*Concil. Tom. 6.*

M m